

# **Landesbibliothek Oldenburg**

## **Digitalisierung von Drucken**

### **Ionae Versiones, Polonica Et Bohemica**

Apvd Protestantes Hodie Receptae, Praemissa Notitia Versionis Vtrivsqve,  
Cvm Originali Textv Hebraeo Collatae : Dissertatio Historico-Critico-Sacra

...

Ad Diem XII. Nov. Ann. MDCCLIX. ... Examinandam Commilitonibvs Tradit

**Carpow, Paul Theodor Carpow, Paul Theodor  
Rostochii, [MDCCLIX.]**

**VD18 90522079**

Ad vers. 4.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-10388**

A (nisi pontem interjectum, aut prorsus hominem in aere navi-gantem seu volantem tibi singas) descendere oportebit et quidem prius, deinde ascendere quoque, ab A ad B, vel a B ad A. Uterque itaque exercetur actus, descendendi ascendendi que, uterque proinde quoque verbis exprimi potest imo exprimi postulat aliquando, hoc modo: NN, descendit ab A vel B & ascendit ad B, vel A. Sed sufficit tamen etiam soepe, exprimere horum tantum unum; et tunc, quia facit hoc ad sermonis sine obscuritate brevitatem consequenterque (Cf. JAC. CAR. RÖVII *Meditat. Philosophica-Critica de Perfectione Linguae C. II. Tbcorem.* 23. §. 176.) perfectionem, recte exprimitur tantum unus, aut descendendi aut ascendendi. Delectum autem alterutrius determinare possunt varii, physici non tantum sed et morales respectus (de quibus in genere legi meretur Dissert. MICHAELI-Baumgar-TENIANA de Notione superi et Inferi, indeque Adscensus et Descensus in Chorographiis sacris.). Fac. E. g. loca A et B, si vel maxime etiam æqualita, longius tamen ab invicem esse dissita regione inque interjectam vergere semper in declive versus Terminalum ad Quem aut Contra; et comparebit, lineam qua descenditur, esse longissimam, qua ascenditur, brevissimam; aut contra. A potiori itaque, linea nimis longissima recte tunc fuit denominatio, nisi alias quidam obster respectus. Is vero in applicatione ad Jonam descendentem queretur frustra, sed favet potius illi insigniter respectus etiam moralis quidam, præminens semper dignitas Termini a Quo.

#### Ad vers. 4.

**חָזְבָה חָזְבָה** navis cogitabat (existimabat) fractum iri etc.

In explicanda hacce phrasí POL: ac BOH: favent, cum LUTHERO aliisque quamplurimis, Metonymiæ; vertentes P: i zdalo sie, jakoby etc. h. e. et videbatur, es schiene, ac si etc. et B: az se domnjwali, ze etc. h. e: adeo ut existimarent, quod etc. Obiter notetur hic in Convenientia aliqualis etiam tamen differentia versionis utriusque.

#### Ad vers. 5.

**שָׁנִים** vertunt recte POLONI Kazdy, BOHEMI gedenkazdy,  
h. e.

